

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Autoritates Aristotelis, o[*l*]im recte philosophantium
facile principis, insup[*e*]r platonis, Boetij Senece Apuleii
Aphricani, Porphyrij, Auerroys Gilberti Porritani**

Aristoteles

[Coloniae], 1504

VD16 A 4031

Sequuntur autoritates platonis in thimeo

[urn:nbn:de:bsz:31-299211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299211)

Auto. Thome de istitu. Scholaf

metus superat.

¶ Valer⁹ maxim⁹ li. vij. Aristote. in neutra pte de seipso loqui debere predicabat. qm laudare se vani. vitupare stulti esse

Sequuntur autoritates platonis in thimeo

Platonis vt ait helinandus consuetudo fuit libros suos intitularé nominibus magistrorum suorum. vl eorū qui magistros suos docuerūt. ppter maiore autoritatem. quod ⁊ magister walterus burley anglus confirmauit fuit autē. Plato cuius atheniēsis. magister Aristo. ⁊ auditor socratis. natus tempore darij regis pparū. patre aristote de genere neptuni. matre parsiōe de genere sapientissimi Salomonis Obijt autez anno etatis sue. lxxxi. natalis sui die fin Se necam in epistolis Scripsit aliquot libros in p̄sia q̄s ad magnaz partem ex moyses lege suffuratus est Et itē ex poetarum fabul̄ q̄s cum pro vero assumeret in multiplices collapsus est errores Etiam longe magis pro eloquentia laborauit q̄ vera scientia Ob hoc philosophia eius apud veros Ch̄sticolos null⁹ est p̄ci vl momenti

In omnibus siue in maximis siue in minimis diuinum aurilum debet implorari.

Nihil est ortum sub sole cur⁹ causa legitima nō p̄cesserit. In omni tractatu fieri debet vt inter uitia p̄sideretur qd sit illud de quo agitur

Operi suo dar opifex formam

Mundus a deo factus est. Deus autor maximus est

Optimus est mundi autor. ⁊ ab optimo longe iuidia relegata est

Bonitas dei fuit causa factionis mundi ⁊ originis omnū rerum.

Non decet rem esse antiquiorem primo genitore rege

Tempora maxime distinguuntur per motum solis

Obij deorū quorū opifex. i. pater ego sum. dij deorū vocant̄ intelligentie ⁊ corpa celestia natura solubilia. s̄ dei volūitate p̄petua

Ad hoc anima est iuncta corpori vt fenoretur sciētias ⁊ virtutes

si autem cur magno fenore venerit benigne recipietur a suo creatore. si autem non. relegabitur ad inferos

Propter hoc enim nobis datus est sermo. vt p̄esto nobis siāt tue voluntatis indicia.

Deus est summū bonum super oēm substantiam omnemq̄ naturā quē cūcta experunt cū ip̄e sit plene p̄fect⁹ ⁊ null⁹ societatis idigens

¶ Autorita. apulei aphyricani platonici lingua latina doctissimi qui succedens platoni floruit athenis

Summus deus est infinitus non solum ex clusione loci sed etiam nature dignitate

¶ Prestantissimum animalium genus in terra est homo